



CHRISTIAN  
MUSICOLOGICAL  
SOCIETY OF INDIA

ܠܘܕܐ  
ܠܘܕܐ ܠܘܕܐ ܠܘܕܐ ܠܘܕܐ ܠܘܕܐ ܠܘܕܐ  
ܠܘܕܐ ܠܘܕܐ ܠܘܕܐ ܠܘܕܐ ܠܘܕܐ ܠܘܕܐ  
ܠܘܕܐ ܠܘܕܐ  
ܠܘܕܐ ܠܘܕܐ

ܠܘܕܐ ܠܘܕܐ  
ܠܘܕܐ ܠܘܕܐ

GENUINAE RELATIONES  
INTER SEDEM APOSTOLICAM

ET

ASSYRIORUM ORIENTALIUM SEU CHALDAEORUM ECCLESIAM

NUNC MAJORI EX PARTE PRIMUM EDITAE

HISTORICISQUE ADNOTATIONIBUS ILLUSTRATAE

CURA ET STUDIO

R.mi Abbatis SAMUELIS GIAMIL

ECCLESIAE BABYLONENSIS ARCHIDIACONI

ET PATRIARCHAE CHALDAEORUM APUD SANCTAM SEDEM

PROCURATORIS GENERALIS

— ܠܘܕܐ —

ROMA

ERMANN O LOESCHER & C.º

(BRETSCHNEIDER E REGENBERG)

MCMII



	PAG.
XI. Pii IV. Epistola ad Archiepiscopum Nachisivanensem Armeniae majoris, qua eum commendat, ut aliquem Ecclesiasticum idoneum ex clero suo linguam Chaldaicam callentem ad laudatum Patriarcham mittat, eumque ad restituendam atque stabiliendam in illis regionibus fidem Catholicam adjuvet. . . . .	68
XII. Epistola ejusdem Pontificis ad eundem Abedjesum Patriarcham, qua agit de Abrahamo Chaldaeo Angamalae Archiepiscopo, deque ejus in Urbem adventu, nec non sedulo admonet, ut eidem Abrahamo in Indiam redeunti Dioecesim assignare velit. Atque Nuncium Sedis Apostolicae eo nuper missum pro aliquibus disciplinae Ecclesiasticae capitibus reformandis eidem Patriarchae valde commendat. . . . .	69
XIII. Ejusdem Pii IV. Epistola ad Archiepiscopum Goae in partibus Indiae in commendationem praedicti Abrahami data, qua istum pluribus accumulatur laudibus propter ejus magnam erga Apostolicam Sedem observantiam, ejusque fidem orthodoxam et morum integritatem . . . . .	71-72
XIV. Aliam ut supra Summ. Pontifex exhibuit literam Episcopo Cocchinensi in India eum vehementer exhortans ne cuiquam eumden Abrahamum vexare permittat, ut tute et sine ulla molestia residere valeat ubi suus Patriarcha eum locaverit, nec non dioecesim illi ab eodem Patriarcha assignatam absque ullo fastidio sive impedimento administrare possit . . . . .	73
XV. Expositio seu relatio italice ad S. Sedem delata, qua sacrum Pallium Abrahamo Assyrio-orientali Angamalae Archiepiscopo postulatur. . . . .	74-75
XVI. Epistola Regis Cocchinensis ex India italice ad Gregorium XIII, Summ. Pontificem in praedicti Abrahami commendationem data, qua Pontificem enixe supplicat, ut sacras indulgentias Ecclesiae a Georgio Archidiacono Angamalensi in honorem B. M. Virginis nuper constructae, concedere dignetur . . . . .	75-76
XVII. Epistola laudati Pontificis ad eundem Regem in responsum data die 21 Decembris an. 1576 . . . . .	76-77
XVIII. Alia ejusdem Pontificis littera ad praefati Regis Legatum ut supra . . . . .	78
XIX. Ejusdem Regis Epistola in responsum ad litteras SS. D. N. Papae Gregorii XIII, data die 6 Januarii an. MDLXXIX. . . . .	78-79
XX. Expositio seu petitio ex India ad Romanum Pontificem transmissa, qua Orator Abrahamum Archiepiscopum et Georgium archidiaconum Angamalenses Pontifici maxime commendat, eumque sedulo supplicat, ut in praefatorum Praesulum gratiam litteras commendatitias tum Regibus Indiae, tum latini Ritus Antistibus isthic commorantibus exhibeat, nec non indulgentiam plenariam invisentibus Ecclesiam recens a praedicto Abrahamo Angamalae constructam sanctoque Hormisdae Abbati dicatam tribuere velit, ac demum rem valde gratam faceret, si et aliqua sacra quoque et salutaria pietatis solatia juxta ardentem ipsius Abrahami cupiditatem concedere dignetur. . . . .	79-82
XXI. Ejusdem Abrahami orthodoxa fidei professio in Malabaria an. 1577 confecta, Romamque ad Gregorium XIII. Pontificem transmissa . . . . .	83-85
XXII. Chaldaeorum Malabarium Seniorum ad Romanum Pontificem petitio, qua asserunt se usque a primordiis christianae Religionis suas a sancto Thoma Apostolo preces liturgicas in lingua syro-chaldaica traditas habuisse, Episcopos et Archiepiscopos ad ipsos ex genere Assyriorum orientalium semper mitti consuevisse, nec non eorum Sacerdotii et Diaconatus ordinationem ab iisdem Assyriis accepisse. quapropter Summ. Pon-	




- tificem suppliciter rogant, ne eos orphanos relinquere velit, sed diligenter Assyriorum seu Chaldaeorum Patriarcham admoneat, ut quantocitius ad ipsos regendos juxta antiquum morem Episcopos mittat. . . . . 85-86
- XXIII. Gregorius XIII, Abrahamo Angamalae Archiepiscopo facultatem dispensandi super restitutione indebito modo contracta indulget. . . . . 87
- XXIV. Epistola synodica Chaldaeorum Praesulum cum Legato ad Gregorium XIII, Pontificem occasione electionis Simonis Denhae in Patriarcham transmissa, qua pluribus honorificentiae titulis Pontificem exornant, eumque Supremum universae christianitatis patrem et caput, B. Petri Apostoli successorem, vicesque Christi in terris gerentem, apertis verbis sponte fatentur, ejusque benedictiones et orationes summa veneratione ac demississime sibi suisque ovibus implorant. . . . . 88-90
- XXV. Expositio seu relatio circa Ecclesiae Chaldaicae cum in Assyria, tum in Malabaria statum Sanctae Sedi ab Archiepiscopo Amidae coram delata anno 1580, quo Romam pro Patriarcha suo confirmationem et sacrum Pallium postulando Appulerat. . . . . 90-97
- XXVI. Epistola Abrahami Angamalae Archiepiscopi ad Gregorium XIII Pontificem, qua eum certiolem facit de Synodo isthic ab ipso congregata in eaque ab omnibus suis libenti animo catholica fide fuit approbata, deque necessitate instituendi ibi novum seminarium pro adolescentibus ad sacrum ministerium reformandis, nec non postulat, ut in ea provincia numerus patrum Societatis Jesu augeatur, Demum omni studio satagit, ut Simeon Episcopus, cuius causa magnae erant exortae inter clerum et populum perturbationes quam primum de ea regione foras expellatur, quod quidem Fratrum Minorum opera et consilio abtinuit. . . . . 97-100
- XXVII. Relatio seu adnotatio, quam duo Chaldaei Georgius David videlicet et Joannes David christiani sancti Thomae nuncupati, pietatis gratia ex civitate Lahasae regionis Thibetanae Romam, mense Martio an. 1606, venientes Summo Pont. Paulo V, obtulerunt eumque certiolem reddunt de sua regione, et Religione, nec non de Patriarchatus Babylonensis statu cum civili, tum Ecclesiastico ac de aliis pluribus scitu dignis. . . . . 100-108
- XXVIII. Epistola Mar Eliae Patriarchae Babylonensis Chaldaeorum ad Paulum V Pontificem, qua explanatur breviter numerus regionum Chaldaeorum, et eorum Sedes sive Episcopales, sive Metropolitanas, nec non status Patriarchatus ejusdem Nationis, et quam plura alia historiae ecclesiasticae amicis perutilia. . . . . 108-115
- XXIX. Relatio seu expositio italica eorum, quae operatus est Episcopus Sidonensis relate ad Patriarchatum Chaldaeorum sive unitorum, sive Nestorianorum cum in Orientem a Sancta Sede missus fuisset, quae expositio plura continet scitu digna. . . . . 115-122
- XXX. Epistola Pauli V. Pontificis ad Eliam Babylonis Chaldaeorum Patriarcham, qua plura orthodoxae fidei capita ex oecumenicis Conciliis deprompta explanat, ac eundem Patriarcham vehementer hortatur, ut juxta formulam fidei ipsi missam profiteatur, eamque a ceteris Nationis suae Praesulibus et clericis profiteri sedulo curet ad unionem veram cum Romana Ecclesia habendam, quam ipse postulat, nec non Eidem mittit quaedam sacra dona in pignus S. Sedis Charitatis erga illum, ac demum ei valde commendat cellae Patriarchalis Archidiaconum, qui postquam sui Patriarchae nomine praefatam unionem coram optime tractaverat, ab Urbe in Orientem reversurum. . . . . 123-129



APPENDIX II.

Synopsis historiae ecclesiasticae Syro-Chaldaeo-Malabarensium.

	PAG.
CAPUT I. De rebus, quae acciderunt Syris in ripa Malabarica eorumque historia. Versio latina cum Textu Syro-Chaldaico . . . . .	552-564
II. De Ritu et Liturgia Ecclesiae Syro-Chaldaeo-Malabariorum usque ad annum 1599 inclusive . . . . .	564
III. De Syris-Orientalibus, seu Chaldaeis Malabariorum Episcopis . . . . .	577
Epistola patrum Episcoporum Indiae et Sin ac Masin ad Mar-Eliam suum Patriarcham Chaldaeum. Textus Chaldaicus cum versione latina.	588-600
Epistola Gregorii XIII Pont. Max. ad Goanum Ritus latini Praesulem in commendationem Abrahami Assyrio-Chaldaei Angamalae Archiepiscopi in India Orientali. . . . .	604
Ejusdem Gregorii XIII Epistola ad praememoratum Abrahamum Angamalae Praesulem . . . . .	605
Ejusdem Pontificis Epistola ad Henricum Lusitaniae Regem in Catholicorum oras Malabaricas incolentium, ac praesertim in praedicti Angamalensis Archiepiscopi commendationem . . . . .	606
Idem Pontifex ad Clerum et christianos S. Thomae in India scribit, eos admonens, ut caveant ne se abduci patiantur a quodam Simeone se pro Episcopo gerente, suis Praesulibus desertis, Abrahamo quippe Archiepiscopo et Georgio Episcopo . . . . .	607
IV. De Syrorum-Malabarensium a Babylonis Chaldaeorum Patriarchatu dependentia . . . . .	614
Cleri Malabarensis Epistola ad P. Samuelem Giamil Procuratorem Gen. Patriarchatus Babylonis Chaldaeorum apud S. Sedem. Textus Chaldaicus cum versione latina . . . . .	619-621
Chaldaeo-Malabariorum ad Leonem XIII Pont. Max. Epistola, qua instantissime restitutionem integritatis disciplinae suarum Ecclesiarum pro antiquo more sub nutu ac tutela Babylonis Patriarchae expetunt .	622
Eorundem Malabarensium Epistola ad Eñum Card. Satolli, qua sedulo eandem rem postulant . . . . .	625
Conclusio Operis . . . . .	630
Index Alphabeticus nominum personarum . . . . .	633





## APPENDIX II.

Synopsis historiae ecclesiasticae Syro-Caldaeo-Malabarensium.

### CAPUT I.

#### De rebus, quae acciderunt Syris (in ripa Malabarica) Eorumque historia <sup>(1)</sup>.

(Versio latina textus Syro-Chaldaici).

Anno 52 Domini nostri Jesu Christi dominus Thomas (Apostolus) in Indiam venit et ad Mailopuram appulit. Hic Evangelium multis nuntiavit, quos discipulos fecit et baptizavit in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Deinde profectus est et in Malabarem perrexit, ubi Moljokaren pervenit. Etiam huius regionis incolis praedicavit, ibique altare Domino erexit, cui duos presbyteros addidit. Exinde Kutkajel adiit, ubi ecclesiam condidit, quod item fecit in Irapeli et Gukamaglam et Nernam et Tirúbokut. Deinde Mailopuram rediit, ubi a gentilibus incredulis lancea transfixus est; et anima eius in pace quievit. Post eius mortem India cum Malabare absque praecone ac duce relicta est, exceptis presbyteris, qui a Thoma apostolo creati erant. Porro post 92 annos vidua fuit India cum Malabare, sacerdotibus et presbyteris orbata, et fideles tantum utriusque sexus erant.

(1) Praesentem notitiam una cum textu syriaco depromptam producimus ex Tomo I<sup>o</sup> a pag. 123. Operis, cui titulus, *Anecdota Syriaca*, quae Lugduni Patavorum anno 1862 edidit Elmus N. Land.

Praefatam notitiam confectam esse videtur initio saeculi XVIII a quodam Presbytero Syro-Malabarensi Jacobita Mattheus nomine. Nos autem eam exponentes nihil nobis proponimus de factis in ea enarratis iudicare, at tantum ubi opus fuerit aliquam ampliorem circa gesta et personarum nomina dilucidationem addeamus innixam testimoniis auctorum fide dignis.



sibi subjectis populis fidei Catholicae integritatem, ac verum Sacramentorum usum, sacrosque ritus ab Ecclesia approbatos, adiuves, quam maxime potes. Utilissimum autem fore iudicamus, ut quoniam habiturus es tu facile, qui ab illa provincia minus longe abes, homines linguae Chaldaicae peritos, aliquem, qui illam linguam calleat, et tam vitae ac morum honestate, quam sacrarum litterarum et rituum Ecclesiasticorum scientia, atque usu idoneus sit, ad eum mittas, qui quoad opus fuerit in illis locis commoretur, ipsique Patriarchae assistens. eum, et subiectos ei homines consilio, doctrina et praedicatione sua juvet, moneat, atque instruat, hoc enim non minus gratum optimumque Patriarchae, quam utile et opportunum fore intelleximus. Neque vero dubitamus, quin eum, quem miseris, et in honore habiturus sit, et omnia ei subministraturus, quae ad victum necessaria fuerint. Qua in re fraternitas tua desiderio nostro ita satisfacere studeat, ut quod non satis commode hoc tempore exequi ipsi possumus, tu perficias. Sedulitatis ac studii, quod in hominum illorum salutem contuleris, non laudem solum a Nobis, sed ab ipso Domino etiam mercedem magnam et copiosam adepturus.

Datum Romae Apud Sanctum Petrum die XXIII Julii anno MDLXII, anno III.

## XII.

(Archiv. vat. Secr., Archiv. de Castello, Armad. VII, caps. V, N. 9).

Venerabili Fratri Abdisu Patriarchae Assyriorum sive de Muzal Pius Papa Quartus (1).

Venerabilis Frater, Salutem et Apostolicam benedictionem. Cum dilectus Frater Abraham ad Apostolorum limina venisset, et quem expectabamus nuncium de te nobis attulisset; sane magna laetitia affecti fuimus et omnipotenti Deo gratias egimus, qui te salvum istic sospitemque perduxit, eaque de causa gratus nobis ipsius Abraham

(1) Summ. Pontifex praesentem epistolam, quam hic producturi sumus, ad Patriarcham dirigens, ei enixe Abraham Archiepiscopum chaldaeum ex India Romam venientem commendat, maximeque hortatur, ut, cum in India ordinaria polleat jurisdictione, eidem Abrahamo, illuc redituro, dioecesim ac residentiale locum, urbem Angamalensem juxta ipsius Abrahami desiderium assignet, nec non inter ipsum et alterum Chaldaici Ritus episcopum ibi commorantem dividat, ut unusquisque eorum libere ac rite suo munere fungi valeat. Praeterea et alia perhonorifice de Abrahami fide, pietate, morum honestate, et singulari in tolerandis persecutionibus patientia describit Pontifex, ut ex ipsius epistolae lectione facile concipitur.



lists are aware that some of the illegal resolutions passed in the Synod of Diamper against the legal authority of the Chaldean Patriarch over the churches in Malabar convened by Archbishop Menesiz of Goa, under the Portugese Royal authority, which was not hitherto approved, nor can be approved of by the Holy See, are being taken for the defence by the S. congregation of Propaganda. While the synod is not approved of by the Holy See, and is one reprovod by the famous Asseman and others, it is grievous to the memorialists to see that a certain portion of it, wich is a bar to their prayer, is accepted by the Holy See.

XI. That in order to withstand all these obstacles, as well as the strongest oppositions of the Sacred Congregation, to preserve peace in the community of the memorialists who are Chaldeans, to convert the schismatics and Jacobites, to re-establish the authority of the Chaldean Patriarch in Malabar, wich is the one only way to convert the schismatics and Jacobites, and thus shut out any future schism, an indefatigable but sincere exertion of an individual of a high position, which will arise from a burning zeal for the salvation of souls and the progress of Catholicism, is indispensaby necessary.

XII. That, in conclusion, memorialists pray your Eminence, on bended knees, that your Eminence will be pleased to kindly represent to His Holiness of the true facts and thereby take steps to keep them and their Vicar Apostolics, under the direct control of the Chaldean Patriarch (their Head) wich will be the means for the eternal salvation of several thousands of the Schismatics, who belong to their own Rite, and for the conversion of the Jacobites and the preservance of the Chaldean rite. In case your Eminence wish to know how arduously memorialists have laboured to peacefully enjoy this and how many petitions and prayers were submitted to the Holy See, a reference to the very Revd. Father Samuel Giamil (Procuratore del Patriarcato Caldeo di Babilonia) and memorialists documental representations to the Holy Father will duly convince your Eminence of, to entire satisfaction. Through the infinite merey and kindness of His Holiness memorialists had the good fortune to be placed under native Vicar Apostolics; just in the same way memorialists trust that your Eminence will be the means of getting their present request granted and of the development of the Catholic faith and the consequent salvation of many forsaken souls. Memorialists once more pray for your Eminence's blessings on them, as well as, on the Shismatics for their conversion.

St. Thomas' Church Pala 19 March 1899.

*The memorialists humbly beg to subscribe  
Your Eminence's obedient and humble servants.*



### Conclusio operis.

En Dei favente gratia, antequam Almae Urbi vale dicerem, mea haec qualiscumque Documentorum collectioneula, auctore Domino, ad limen ducta est, et nisi me temporis angustia in patriam reverti quam citius impelleret, illam sane locuplectiori documentorum copia prodideram, attamen licet ea sit volumine imperfecta, latinitate mendosa et eruditione manca, eam mihi quidem gratulor Urbanissime Lector, veluti primitiale munusculum huius generis laboris mei tibi offerri, et aequè Te ipsam pro tua benevolentia uti quid pergratum libenter admodum suscepturum minime suspicor, eo vel magis pensatis temporum adjunctis, quibus pravi Ecclesiae Christi hostes nullum non movent lapidem ad Catholicam unitatem radicitus evertendam contra divinitus inflatos supremi christianae Ecclesiae Pastoris conatus, qui maxima benignitate infirmos fratres naviter confirmare, nutantibus animum addere, segregatos in unum corpus Christi mysticum flagranti studio connectare, uno verbo, omnes undique christianos in catholica unitate arctissimo pacis vinculo, solerter detinere haud desistit, quorum omnium hactenus oculatis nobis testibus clarissima sive scriptis, sive voce tenus praebuit specimina. Quae cum omnibus nota sint, non vacat heic nec opus est ea pluribus persequi; posthac vero nemo non videt hujusmodi magnam Documentorum utilitatem; ea videlicet non solum idonea sunt ad schismaticos in S. Matris Ecclesiae gremium vocandos et rerum theologiarum studiosis plurimum emolumentum offerendum, ut initio in Praefectione inuimus, verum etiam magis magisque juvant ad malesuadorum improborum hominum fidei catholicae hostium ausus coercendos, adversusque eos tum unitatem Christi Ecclesiae, tum ipsum supremum summi Pont. Romani Primatum efficaciter tuendum pleneque vindicandum. Et re quidem vera, allegata Documenta vel primo intuitu, ut et alias diximus, patefaciunt Syro-Chaldaicam quamvis dissitissimam cum Romana tamen Ecclesia arctam habuisse connectionem, et Romanus Antistes apertis verbis ea in relatione praeter alios plures insignis honoris titulos *Caput* *Capitulum* saepissime appellatur, *Pater* patrum, *Pastor* pastorum, *Petri* Apostolorum Principis *Successor*, Christi in terra *Vicarius* et reliquis hujus generis denominationibus, quemadmodum id legentibus et examinantibus plane elucescit, quae omnia luculenter profecto supremum Romani Pontificis Primatum evincunt. Insuper, adde, quod etiam plurimum confert Collectio nostra historiae Ecclesiasticae, et nominatim Syro-Chaldaicae. Porro istius Ecclesiae annales ob documentorum





penuriam hactenus non referebant, nisi exiguissimam partem relationum, quae locum habuere antiquitus inter dictam Ecclesiam et Romanam uti et ipsa series Documentorum huc relatorum liquide demonstrat, quorum vel paucissima in nostris annalibus memorantur; hinc firme confido Nostrates peritos et incrementi suae Ecclesiae cupidos haud parvum fore ex imperfecta hac nostra elucubratione fructum adepturos atque in posterum filiis suis rerum Ecclesiasticarum amicis uberioriorem de patrum suorum factis et gestis memoriam tradituros.

Tandem, ut antequam benevolum Lectorem dimittam, et aliud adnotasse expedit, nimirum quod me praecipue ad hoc quaecumque opus aggrediendum impulit, fuit ad amussim viam sternere animumque addere nostris fratribus Chaldaeo-Nestorianis, qui suorum Maiorum gesta, seu genuinas relationes cum Ecclesia Romana habitas bene noscentes, faciliori modo sibi persuadeant quam primum, dante domino, ad optatissimam fidei catholicae et concordiae unitatem rediri, quam multis abhinc saeculis infelici fato deseruerunt.

His interim quae erant mihi praenotanda declaratis, spero fore ut humanissime Lector, cujus patientia tantopere abusus sum me excusatum haberes, quocirca maximam Tibi ex animo gratias ago, atque semel iterumque omnia ex intimo cordis affectu fausta a Domino adprecor, vale.





C H R I S T I A N  
MUSICOLOGICAL  
SOCIETY OF INDIA

For further information  
regarding this text  
Please contact  
*library@thecmsindia.org*

---

Please join the  
'CMSI Benefactors Club'  
and support the ongoing projects of  
Christian Musicological Society Of India

---

- DIGITAL LIBRARY • ARAMAIC PROJECT
- ENCYCLOPEDIA OF SYRIAC CHANTS
- MUSIC ICONOGRAPHY • CHRISTIAN ART
- RESOURCE FOR RESEARCHERS